

*Martha excepit illum.
Maria optimam partem elegit.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam

10, 38-42

In illo témpore:

³⁸ Intrávit Iesus in quoddam castéllum,
et múlier quædam Martha nómine excépit illum.

³⁹ Et huic erat soror nómine María,
quæ étiam sedens secus pedes Dómini
audiébat verbum illíus.

⁴⁰ Martha autem satagébat circa frequens ministérium;
quæ stetit et ait:

«Dómine, non est tibi curæ
quod soror mea reliquit me solam ministráre?
Dic ergo illi, ut me ádiuuet».

⁴¹ Et respóndens dixit illi Dóminus:

«Martha, Martha, sollícita es et turbáris erga plúrima,

⁴² porro unum est necessárium;
María enim óptimam partem elégit,
quæ non auferétur ab ea».

Verbum Dómini.